

Universitätsbibliothek Wuppertal

Annæi Senecæ Tvm Rhetoris Tvm Philosophi Opera Omnia

Quid in eo contineatur sequens pagina indicabit

Seneca, Lucius Annaeus <Rhetor>

M.DC.XLVI., 1646

Claudii Cæsaris Apocolocyntosis

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1509](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1509)



L. ANNÆI SENECÆ
 CLAVDII CÆSARIS
 APOCOLOCYNTOSIS.



VIDETUM SIT IN CÆLO ANTE DIEM TERTIUM
 eidus Octobris Asinio Marcello, Acilio
 Aniola Coss. anno nouo, initio sæculi fe-
 licissimi, volo memoriæ tradere. Nihil
 offensæ vel graviæ dabitur. Hæc ita
 vera si quis quaesierit unde sciam: primum,
 si noluero, non respondebo. Quis coacturus est? Ego
 scio me liberum factum, ex quo suum diem obiit ille, qui
 verum proverbium fecerat, Aut regem, aut fatuum nasci
 oportere. Si libuerit respondere, dicam quod mihi in buc-
 cam venerit. Quis vnquam ab historico iurato res exe-
 git? Tamen si necesse fuerit auctorem producere, quaeri-
 te ab eo qui Drusillam euntem in cœlum vidit. Idem Clau-
 dium vidisse se dicet iter facientem, non passibus æquis.
 Velit nolit, necesse est illi omnia videre, quæ in cœlo a-
 gantur. Appiæ viæ curator est: qua scis & diuum Augu-
 stum, & Tiberium Cæsarem ad deos isse. Nunc si interro-
 gaueris, soli narrabit: coram pluribus nunquam verbum
 faciet. Nam posteaquam in senatu iurauit se Drusillam vi-
 disse cœlum ascendentem, & illi pro tam bono nuntio ne-
 mo credidit, verbis conceptis affirmavit, se non indicatu-
 rum etiam si in medio foro hominem vidisset occisum. Ab
 hoc ego quæcunque audiui, certa claraque affero: ita illum
 saluum & felicem habeam.

*Iam Phœbus breuiore via contraxerat ortum
 Lucis, & o' scuri crescebant tempora somni:
 Iamque suum victrix augebat Cynthia regnum,
 Et deformis hiens gratos carpebat honores*

*Diuitis autumnum, visosq; senescere Baccho
Carpebat raras serus vindemitor uuis.*

Puto magis intelligi, si dixerō, mensis erat October, dies tertius eidus Octobris. Horam non possum tibi certam dicere, facilius inter philosophos quam inter horologia conueniet. Tamen inter sextam & septimam erat. Nimis tuffice acquiescunt oneri poetæ, non contenti ortus & occasus describere, vt etiam medium diem inquietent. Tu sic transibis horam tam bonam?

*Iam medium cursu Phœbus diuiserat orbem,
Et proprior nocti fessas quatibat habenas,
Obliquo flexam adducens tramite lucem.*

Claudius animam agere cœpit, nec ingenire exitum poterat. Tum Mercurius, qui semper ingenio eius delectatus esset, vnam de tribus Parcis educit, & ait: Quid scemina crudelissima hominem miserum torqueti pateris, nunquam meritum, vt tamdiu cruciaretur. Annus sexagesimus & quartus est, ex quo cum anima luctatur. Quid huic inuides? Patere mathematicos aliquando verum dicere, qui illum postquam princeps factus est, omnibus annis, omnibus mensibus efferunt. Et tamen non est mirum si errant, horam eius nemo nouit. Nemo enim illum vquam natum putauit. Fac quod faciendum est.

Dede neci: melior vacua sine regnet in aula.

Sed Clotho: Ego mehercule, inquit, pusillum temporis ad iicere illi volebam, dum hos pauculos, qui supersunt, ciuitate donaret. Constituerat enim omnes Græcos, Gallos, Hispanos, Britannos, Sautomatas, & si qui vltra glaciam Boream incolunt Barbari, togatos videre. Sed quoniam placet aliquos peregrinos in semen relinqui, & tu ita iubes fieri, fiat. Aperit tum capsulam & treis fufos profert. Vnus erat Augurini, alter Babæ, terrius Claudij. Hos, inquit, treis vno anno exiguis interuallis temporum diuisos mori iubebo, nec illum incomitatum dimittam. Non oportet enim eum, qui modo se tot millia hominum sequentia videbat, tot præcedentia, tot circumfusa, subito solum destitui. Contentus erit his interim conuictoribus.

Hæc

Hæc ait : & turpi conuoluens stamina fusi,
 Abrupit stolidæ regalia tempora vite.
 At Lachesis redimita comas, ornata capillos,
 Pieria crinem lauro frontemque coronans,
 Candida de niueo iuæ tegmina vellere sumit,
 Felici moderanda manu : qua ducta colorem
 Assumpsere nouum : mirantur pensa sorores.
 Mutatur vilis pretioso lama metallo.
 Aurea formoso descendunt secula filo.
 Nec modus est illis, felicia vellera ducunt.
 Et gaudent implere manus, sunt dulcia pensa.
 Sponte sua festinat opus, nulloq; labore
 Mollia contorto descendunt stamina fuso.
 Vincunt Tithoni, vincunt & Nestoris annos.
 Phæbus adest, cantuq; innuat, gaudetq; futuris:
 Et latus nunc pleetra mouet, nunc pensa ministrat.
 Detinet intentas cantu, fallique laborem.
 Dumq; nimis citharam fraternaque carmina laudant,
 Plus solito neuere manus, humanaq; fata,
 Laudatum transcendit opus : Ne demite Parca:
 Ille mihi similis vultu, similiq; decore,
 Nec cantu, nec voce minor, felicia lassis
 Secula præstabit, legumque silentia rumpet.
 Qualis discutiens fugientia lucifer astris :
 Aut qualis surgit redeuntibus hæspærus astris :
 Qualis cum primis tenebris auxora solutis
 Induxit rubicunda diem, sol aspicit orbem
 Lucidus, & primos à carcere concitat axes:
 Talis Cæsar adest, talem iam Roma Neronem
 Aspiciet, flagrat nitidus fulgore remisso
 Vultus, & affuso cernix formosa capillo.

Hæc Apollo. At Lachesis, quæ & ipsa homini formosissimo
 faucret, fecit, & plena orditur manu, & Neroni multos
 annos de suo donat. Claudium autem iubent omnes
 ἄλλοι δὲ φηγουσὶν ἐκπέμπει δέμων. Et ille quidem ani-
 mam ebullit, & eo desit viuere videri. Expirauit autem
 dum comæ dos audit, vt scias me non sine causa eos time-
 re. Vltima vox eius hæc inter homines audita est, cum
 maiorem sonitum emisisset illa parte, qua facilius loque-

hatur: Væ me, puto, concacavi me. Quid autem fecerit, nescio: omnia certè concacavit, nec post boletum opipare medicamentis conditum, plus cibi sumpsit. Quæ postea in terris sint acta, superuacuum est referre. Scitis enim optime: nec periculum est ne excidant, quæ memoriæ publicum gaudium impresserūt. Nemo felicitatis suæ obliuiscitur. In cœlo quæ acta sint, audite: si des penes auctorem erit. Nuntiatum Ioui, venisse quendam bonæ staturæ, bene canum, nescio quid illum minari: assidue enim caput mouere, pedem dextrum trahere. quæsisse se, cuius nationis esset? respondisse illum nescio quid perturbato sono, & voce confusa: non intelligere se linguam eius: nec Græcum esse, nec Romanum, nec ullius gentis notæ. Tum Iupiter Herculem, quia tantum orbem terrarum perreuerat, & nosse videbatur omnes nationes, iubet ire & explorare, quorum hominum esset. Tum Hercules, primo aspectu sane perturbatus est, ut qui etiam non omnia monstra domuerit: ut videt noui generis faciem, insolitum incessum, vocem nullius terrestris animalis, sed (qualis esse marinis belluis solet) raucam & implicatam, putauit sibi tertiumdecimum laborem venisse. Diligentius autem inuenti, vitus est quasi homo. Accessit itaque, & quod facillimum fuit Græculo ait, *Ὦς ποθεν εἶς ἀνδρῶν ἰ ποδι τῆ πόλις;* Vbi hæc Claudius, gaudet esse illic philologos homines. sperat futurum aliquem historiis suis locum. Itaque & ipse Homericò veru Cæsarem se esse significans, ait

Ὀδυσσεύς με Φερων αὐτίκα Κρονίῳσι πύλασεν.

Erat autem sequens versus verior, æque Homericus:

— Ἰδοὺ δὲ ἔγωγε πόλιν ἰπείραρον, ὅλκωσι δὲ αὐτίκας.

Et impulerat Herculi homini minime vasto, nisi fuisset illic Febris, quæ sano tuo relicto, sola cum illo venerat: ceteros omnes deos Romæ reliquerat. Iste, inquit, mera mendacia narrat. Ego tibi dico, quæ cum ipso tot annos vixi: Lugduni natus est: Munatij municipem audivi: quod tibi narco, ad sextumdecimum lapidem a Vienna natus est, Gallus germanus. Itaque quod Gallum facere oportebat, Romam cepit. Hunc ego reddo tibi Lugduni natum, ubi L. Licinius multos annos regnavit. Tu autem qui plura loca calcasti, quam ullus mulio perpetuarius, Lugdunenses scire debes, & multa millia inter Xanthum

& Ro.

& Rhodanum interesse. Excandescit hoc loco Claudius, & quanto potest murmure irascitur. Quid diceret, nemo intelligebat. Ille autem Febriciū duci iubebat, illo gestu solutæ manus, & ad hoc vnum satis firmæ quo decollare homines solebat. Iusserat; illi collum præcidi. Putares omnes illius esse libertos: adeo illum nemo curabat. Tum Hercules: Audi me, inquit, tu, & desine fatuari: venisti huc, ubi mures ferrum rodunt. Citius mihi verum, & ne tibi alogias excutiam. Ex quo terribilior esset, tragicus sit, & ait:

*Exprome properè, sede qua genitrus cluas,
Hoc ne peremptius stipite ad terram accidas:
Hæc claua reges sepe mactauit feros.*

*Quid nunc profatus vocis incerto sonas?
Qua patria, qua gens mobile eduxit caput,
Edissere, equidam regna tergemini petens
Longinqua regis, vnde ab Hesperio mari
Inachiam ad urbem nobile aduexi pecus,
Vidi duobus imminens fluminis iugum,
Quod Phæbus ortu semper obuerso videt:
Vix Rhodanus ingens amne prærapido fuit,
Ararq; dubitans quò suos cursus agat,
Tacitus quietis alluit ripas vadis.*

Estne illa tellus spiritus altricis tui?

Hæc satis animosè & fortiter. Nihilominus mentis suæ non est, & timet *μῶρος ἀνθρώπων*. Claudius vt vidit virum valentem, oblitus nugarum, intellexit neminem parem sibi Romæ fuisse: illic non habere se idem gratiæ: gallum in suo sterquilinio plurimum posse. Itaque quantum intelligi potuit, hæc visus est dicere: Ego te, fortissime deorum Hercules, speravi mihi affuturum apud alios: & si quis a me notorem petisset, te sui nominaturus, qui me optime noſſi. Nam si memoria repetis, ego eram qui tibi ante templum tuum ius dicebam totis diebus mense Julio & Augusto. Tu scis quantum illis miseriarum pertulerim, quum causidicos audirem, & diem & noctem, in quos si incidisses, valde fortis licet tibi videaris, maluisses cloacas Auguræ purgare: multo plus ego stercoreis exhausti. Sed quoniam volo, non mirum, quod imperium in curiam fecisti, nihil tibi clausi est: Modo dic nobis qualem deum fieri velis. *Εἰ τις βεβήσῃ* non potest esse: *ἢ τὸ μῶρος τῶν ἀνθρώπων ἢ τὸ ἄδικον*

παρὰ. Stoicus quomodo potest rotundus esse (vt ait Var-
 ro) sine capite, sine præputio? Est aliquid in eo Stoici dici-
 iam videt, nec cor, nec caput habet. Si mehercules à Satur-
 no petisset hoc beneficium, cuius mensam toto anno cele-
 brauit, non tulisset. Illum deum apage, qui quantum qui-
 dem in illo fuit, damnatum incesti L. Syllanum, generum
 suum occidit: Oropenque sororem suam, festiuissimam om-
 nium puellarum. quam omnes Venerem vocarent, ma-
 iuit Iunonem vocare. Quare, inquit, quæto tantum soro-
 rem suam stultè studere, Athenis dimidium licet, Alexan-
 driæ totum? Quia Romæ, inquit, mures molas ligunt: hic
 nobis curua corrigit. Quid in cubiculo suo faciat, nescio:
 etiam cæli scrutatur plagas, deus fieri vult. Parum est
 quod templum in Britannia habet, quod nunc barbari col-
 lunt, & vt deum orant. Ἀδύρι φημάτιον. Tandem lo-
 ui venit in mentem, priuatis intra curiam morantibus
 sententiam dicere, nec disputare. Ego, inquit, P. C. inter-
 rogare vobis permiseram, vos meta mapalia fecistis. Volo
 seruetis disciplinam curiæ. Hic qualiscunque est, quid de
 nobis existimabit? Illo dimisso, primus interrogatur sen-
 tentiam Ianus pater: is designatus erat in Kalend. Iulias
 post meridianus Cos. homo quantumuis vaser, qui sem-
 per videt ἀμφὶ πρὸς αὐτὸν καὶ ἰπίουα. Is multa disertè, quod in
 foro vinat, dixit, quæ notarius persequi non potuit: &
 ideo non refero: ne alijs verbis ponam, quæ ab illo dicta
 sunt. Multa dixit de magnitudine deorum: non debere
 hunc vulgo dari honorem. Olim, inquit, magna res erat,
 deum fieri: iam fama minimum fecit, & iam pessimum
 quemque illum affectare. Itaque ne videar in personam,
 non in rem sententiam dicere, censeo ne quis post hunc
 diem deus fiat ex his qui ἀρέτης καρπὸν ἴθυσιν, aut ex
 his quos ait Ζεὺς δῶκε ἄρεσιν. Qui contra hoc S. C. deus fa-
 ctus, pictusve erit, eum dedi laruis, & proximo munere
 inter autoratos novos, ferulis vapulare placet. Proximus
 interrogatur sententiam Diespiter Vicæpotæ filius, & ipse
 desipus Coss. nummulariolus. Hic quæsta se sustinebat,
 vendere ciuitatulas solebat. Ad huncce bellè accessit Her-
 cules, & auriculam ei tetigit. Itaque in hæc verba censer:
 Cum diuus Claudius diuum Augustum sanguine contin-
 gat; nec minus diuam Augustam auiam suam, quam ipse
 deam

deam esse iussit, longeque omnes mortales sapientia antecellat sique è Rep esse aliquam, qui cum Romulo

— *Possit feruentia vasa vorare:*

censeo vt D. Claudius ex hac die deus fiat, ita vti ante eum quis optimo iure factus sit. Eamque rem ad *μετεμορφώσις* Ouidij adiiciendam. Variæ erant sententiæ, & videbatur Claudius sententiâ vna vincere. Hercules enim, qui videret ferrum suum in igne esse, modo huc, modo illuc cursabat, & aiebat: Noli mihi inuidere: mea res agitur: deinde si quid volueris, inuicem faciam: Manus manum lauat. Tum diuus Augustus surrexit sententiæ loco dicendæ, summa facundia disseruit. P. C. vos testes habeo, ex quo deus factus sum, nullum verbum me fecisse: semper meum negotium ago. Sed non possum amplius dissimulare, & dolorem, quem grauiorem pudor facit, continere. In hoc terra marique pacem peperî? ideo ciuilia bella compescui? ideo legibus urbem fundavi, operibus ornauî? Et quid dicam, P. C. non inuenio: omnia infra indignationem verba sunt. Confugiendum est itaque à me ad Messalæ Coruini disertissimi viri illam sententiâ: Perit ius imperij. hic P. C. qui vobis non posse videtur muscam exitare, tam facile homines occidebat quam canis extra cedit. Sed quid ego de tot acribus viris dicam? Non vacat deplorare publicas clades, intuenti domestica mala. Itaque illamittam, hæc referam. Nam *τῆς ὀργῆς* ægre senescit ἢ νόσος. *Πυρραπολαεύκων* iste, quem videtis, per tot annos sub meo nomine latens, hanc mihi gratiam retulit, vt duas amitas suas, prouepes meas, occideret, alteram fame, alteram ferro: vnum abnepotem L. Syllanum. Vide ris Iupiter, an in causâ mala, certe in tua, si hic inter nos futurus est. Dic mihi diue Claudi, quare quenquam ex his quos, quasque occidisti, antequam de causâ cognosceres, antequam audires, damnasti? hoc fieri solet in cælo? non fit. Ecce Iupiter, qui tot annos regnat, vni Vulcano crus fregit, quem

βίβει ποδὸς πετραγῶν δὲ πὸ βηλῆ Ἰεραεστῶν ο.

& iratus fuit vxori, & suspendit illam: nunquid occidit? Tu Messalinam, cuius æque auunculus maior eram, quam tuus, occidisti. Nescio, inquis? Dij tibi malefaciant, adeo istud turpius est, quod nescis, quam quod occidi-

sti. Iste C. Cæsarem non desit mortuum prosequi. Occiderat ille socerum : hic & generum. Caius Cæsar Crassi filium vetuit Magnum vocari : hic nomen illi reddidit, caput tulit. Occidit in vna domo Crassum Magnum, Scriboniam, Bassioniam, Asfarionem, nobiles tamen, Crassum vero tam fatuum, vt etiam regnare posset. Cogitate P. C. quale portentum in numerum deorum se recipi cupiat. Principes pietate & iustitia dii sunt. Scilicet hic pius & iustus, quoniam Dryidarum immanem religionem aduexit : nostram prorsus extirpauit, vt Romæ nuptiarum sacra essent : quibus ipse, cum sibi Agrippina nuberet, xxx. Senatoribus, innumeris Eq. R. macctatis, principium dedit Hunc nunc deum facere vultis? Videre corpus eius, diis iratis natum. Ad summam, tria verba citò dicat, & seivum me ducat. Hunc Deum quis colet? quis credit? denique dum tales deos facitis, nemo vos deos credit. Summa rei P. C. si honeste inter vos gessi, si nulli durius respondi, vindicate iniurias meas. Ego pro sententia mea hoc censeo. Atque ita ex tabella recitauit : Quandoquidem diuus Claudius occidit confocerum suum Appium Syllanum, generos duos, Pompeium Magnum Antonia ex Petina, L. Syllanum Octauia ex Messalina, socerum filia suæ Crassum, frugi hominem, tam similem sibi quam ouo ouum, Scriboniam socrum filia suæ, Messalinam vxorem suam, & cæteros, quorum numerus iniri non potuit : placet mihi in eum seuerè animaduerti, nec illi rerum iudicandarum vacationem dari, eumque quamprimum exportari, & cælo intra dies xxx. excedere, olympo intra diem tertium. Pedibus in hanc sententiam itum est. Nec mora, Cyllenium illum collo obtorto trahit ad inferos illuc, vnde negant redire quenquam. Dum descendunt per viam sacram, interrogat Mercurius, quid sibi velit ille concursus hominum, num Claudij funus esset? Et erat omnium formosissimum, & impensa cura plenum, vt scires deum efferri, tibicinum, cornicidum, omnisque generis æneatorum tanta turba, tantus conuentus, vt etiam Claudius audire posset. Omnes læti, hilares : P. Roma. ambulabat tanquam liber. Agatho & pauci cauidici plorabant, sed plane ex animo, iureconulti è tenebris procedebant, pallidi, graciles, vix habentes animam, tanquam qui cum maxime reuiuiscerent.

rent. Ex his vnus cūm vidisset capita conferentes, & fortun-
nas suas deplorantes caufidicos, accedit, & ait: Dicebam
vobis, Non ſemper Saturnalia erunt. Claudius vt vidit fu-
nus ſuum, intellexit ſe mortuum eſſe. Ingenti enim *μεγα-*
λη γοητῆς nœnia cantabatur anapæſtis.

Fundite ſletus,
Fingite luctus,
Clamdre forum:
Cordatus homo,
Fuit in toto Fortior orbe.
Vincere curſu
Ille rebelles
Leuibusque ſequi
Certaque manu
Qui præcipites
Figeret hoſtes,
Terga fugacis.
Virga noti
Et caruleos
Dare Romuleis
Iuſſit, & ipſum
Iura ſecuris
Deſtete virum,
Potuit citius
Vna tantum
Sape & neutra.
Toto lites
Tibi iam cedit
Qui dat populo
Cretæa tenens
Cœdite mæſtis
O cauſidici,
Voſque poëta
Voſque in primis
Magna paraſtis

Edite planctus,
Reſonet trifti
Cecidit pulchro
Quo non alius
Ille citato
Poterat celeres:
Fundere Parthos,
Perſida telis,
Tendere neruum:
Vulnere paruo
Pictaque Medi
Ille Britannos
Litora ponti,
Scuta Brigantæ
Colla cathenis
Nova Romana
Tremere Oceanum.
Quo non alius
Diſcere cauſas,
Parte audita,
Quis nunc iudex
Audiēt anno?
Sede relicta,
Iura ſilenti,
Oppida centum.
Pectora palmis,
Venale genus,
Lugete noui:
Qui concuſſo
Lucra ſtrillo.

Delectabatur laudibus ſuis Claudius, & cupiebat diutius
ſpectare. Iniicit illi manum Talthybius deorum nun-
tius, & trahit capite obuoluto, ne quis eum poſſit agno-
ſcere per campum Martium: & inter Tiberim & viam re-

Etiam descendit ad inferos. Antecesserat iam compendiaria
 via. Narcissus libertus, dominus domini, ad patronum exci-
 piendum & venienti nitidus, vt erat à balineo, occurrit, &
 ait: Quid Dii ad homines? Celertius præcedito, inquit Mer-
 curius, & venire nos nūcia: Ille autem patrono plura blan-
 diri volebat. quem Mercurius iterum festinare iussit, & vir-
 ga morantem impulit. Dicto citius Narcissus euolat. Om-
 nia procliuia sunt, facile descenditur. Itaque quamuis po-
 dagricus esset, momento temporis peruenit ad ianuam Di-
 tis: vbi iacet, vt ait Horatius, bellua centiceps, sese mo-
 uens, villosque horrendos excutiens. pusillum superturba-
 tur, vt illum vidit canem nigrum (nam album canem in
 deliciis habere consueuerat) villosum sane: quam non velis
 tibi in tenebris occurrere. Et magna inquit voce: Claudius
 Cæsar venit. Ecce ex templo cum plausu procedunt can-
 tantes: *δὲρ ἠνεμῶν, συζοῖρ ὠμῶν*. Hic erat C. Silius Conf. desig.
 Iunius Prætorius, Sex. Trallus, M. Heluius, Trogus, corio-
 tectus. Valens, Fufilius, Eq. Rom. quos Narcissus duci ius-
 serat. Medius erat in hæc cantantium turba Mnestor Pan-
 romimus, quem Claudius decoris causa minorem fecerat,
 Necnon ad Messalinam cito rumor percrebuit, Claudium
 venisse. Conuolarunt primum omnium liberti, Myrō, Am-
 phironas, Ampæus, Pheronas, Posides, hasta pura insignis,
 Felix cum Pallante fratre, Harpocetas, Polybius: quos Clau-
 dius omnes quæstorii prætoriiisque muneribus, necubi im-
 peritus esset, præmiserat. Deinde Præfecti duo, Iustus Cato-
 nius, & Rufus Pompeii F. Deinde amici, Saturnus Luscius,
 & Pedo Pompeius, & Lupus, & celer Afinius, consulares.
 Nouissime fratris filia, sororis filia, generi, soceri, socrus, o-
 mnes plane consanguinei. Et agmine facto Claudio occur-
 runt. Quos cum vidisset Claudius, exclamat: *πέντε φίλων
 πάλιν*. Quomodo vos huc venistis? Tum Pedo Pompeius:
 Quid dicis homo crudelissime? Quæris quomodo? Quis
 enim nos alius huc misit quam tu, omnium amicorum in-
 terfector? In ius eamus: ego tibi hic sellas ostendam. Du-
 cit illum ad tribunal Æaci. is lege Conelia, quæ de sicariis
 lata est, quærebat: postulat: postulat, nomen eius recipit, e-
 dit subscriptionem: Occisos Senatores xxx. Equites Rom.
 cccxv. atque plures ceteros cccxxi. *ὅσων ψάμψης ἦς τε
 ἄγνις π.* Extertitus Claudius oculos undecunque circum-
 fert,

fert, vestigat aliquem patronum qui se defenderet. Aduocatum non inuenit. Tandem procedit P. Petronius, vetus conuictor eius, homo Claudiana lingua disertus, & postulat aduocationem. Non datur. Accusat P. P. Pompeius magni clamoribus. Incipit patronus velle respondere. Æacus, homo iustissimus, vetat. Altera tantum parte audita condemnat: & ait, *Εὐχε μέγιστος τοῦ ἀπὸ τοῦ θεοῦ καὶ τῆς ἡσυχίας ἡσυχία.* Ingens silentium factum est. Stupebant omnes, nouitate rei attoniti: negabant hoc vnquam factum. Claudio iniquum magis videbatur, quàm nouum. De genere pœnæ diu disputatum est, quid illum pati oporteret. Erant qui dicerent, si minus dii latura fecissent, Tantalum sibi periturum, nisi illi succurreretur: non vnquam Sisyphum onere releuari: aliquando Ixionis miseri rotam sufflaminandam. Non placuit ex veteranis missionem dari, ne vel Claudius vnquam simile speraret. Placuit nouam pœnam excogitari debere: instituentum illi laborem irritum, & alicuius cupiditatis species sine fine & effectu. Tum Æacus iubet illum alea ludere pertuso fritillo. Et cœperat fugientes semper tesseras querere, & nihil proficere.

*Nam quoties missurus erat resonante fritillo,
Viraque subducto fugiebat tessera fundo:
Cùmque relectos auderet mittere talos,
Lusuro similis semper, semperque potenti,
Decepere fidem; refugit digitosque per ipsos
Fallax assiduo dilabitur alea furto.
Sic cùm iam summi tanguntur culmina montis,
Irrita Sisyphio voluuntur pondera collo.*

Apparuit subito C. Cæsar, & petere illum in seruitutem cœpit: producit testes: qui illum viderant ab illo flagris, ferulis, colaphis vapulantem. Adiudicatur C. Cæsari: illum Æacus donat. Is Menandro liberto suo tradidit, vt à cognitionibus ei esset.

FINIS.



IN L A
RHETOR
CONTR
man

115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000